tradidit dyonisius scilicet
supercelestis que etiam consistit
in tribus personis. secunda celestis
que completur in sanctis ange-
lis. tertia subcelestis que per-
ficitur in prelatis. Est autem
hierarchia sicut ibidem asse-
rit dyonisius rerum sacra-
rum et rationabilium ordina-
ta potestas in subditis debi-
tum retinens principatum.
Hierarchia autem celestis est
triplex. scilicet superior que gre-
ce dicitur epiphania. et de-
scribitur sic a dyonisio. Est
intellectualium affectionum incen-
dio altioris intellectus fasti-
gio iudicii libera residentia
distributa. Nam hec hie-
rarchia tres continet ordi-
nes. scilicet seraphym qui
amoris incendio pre aliis
fervent et cherubyn qui cognitio-
nis privilegio gaudent. et thro-
nos qui iustitie [illegible]
aliis preeminent. de aliis
duabus hierarchiis dicetur
infra in locis suis. In omni
autem hierarchia exiguntur
necessario tria. ordo. scientia
et actio. unde ut idem dicit
dyonisius. Hierarchia est
ordo divinus scientia et actio

dei forme quantum possibile est
similans et ad iniunctas ei divi-
nitus illuminationes proportio-
nabiliter in dei similitudinem
ascendens. Sunt tria posuit in hie-
rarchie descriptione. scilicet or-
dinem scientiam et actionem. quia
si horum trium aliquid dees-
set. non esset hierarchia. ideo
dicitur hierarchia ordo divi-
nus idest potestas ordinata
et secundum deum disposita. unde in
ordine notatur officium; in scien-
tia discretio; in actione ministe-
rium. Sine ordine presumptio est
actio sine actione negligentia
est ordo. sine scientia autem et ac-
tio est reprehensibilis et ordo
inutilis et ideo tam in ordine
quam scientia et actione omnis
hierarchia dei conformitatem
imitatur et secundum modum et
mensuram sue illuminatio-
nis in ordine suo proficit et
recte discernendo et bene ope-
rando et ad dei imitationem quan-
tum possibile est ascendit. ta-
lis est et inter angelorum hie-
rarchia ordinis dispositio quod
angeli superiorum ordinum co-
piosius divinum lumen hauri-
unt et ad eos qui se ordine
sunt inferiores receptum commu-

[illegible] post [illegible] ostendit lectio ij·
Inter istos itaque sanctissimos
ordines. quidam sunt primi. quidam
medii. quidam vero infimi. Qui
primi illuminant, ultimi illu-
minantur. medii vero illuminant
ultimos. et a primis illuminan-
tur. A primo ergo ordine velut
dignitatum primo est incipien-
dum. scilicet a seraphyn de quo
dicit ysidorus libro septimo.
Seraphyn est angelorum mul-
titudo qui ardentes vel incen-
tes interpretantur eo quod inter
eos et deum nulli angeli sunt
intermedii. et ideo quanto eminen-
tius collocantur: tanto magis
claritate divini luminis inflamman-
tur. et ideo faciem dei et pedes ve-
lare dicuntur. quia ceteri ange-
li divinam maiestatem [illegible]
quam isti perfectius [illegible]:
et se tanto magna claritate il-
lustrantur; quanto ardentiori motu
dilectionis intime inflammantur.
Unde istorum angelorum officium
proprium est et ardere in se et alios
ad divine dilectionis incendium
provocare. Proprietates autem huius
ordinis principales et speciales
colligere possumus ex verbis dyoni-
sii dicentis sic. Pulchre inquit
prima celestium hierarchiarum

excellentissimis essentiis sig-
nificatur. ordinem huius alacrem
omnibus circa deum immediate col-
locatum et ideo prime ope-
rationes theophanie ipsam
tamquam proximam deferunt.
Dicitur etiam lectio iij·
Dispositor reductivus.
quia amor angelicus semper
ad superiora se extendit: et
tamen ab amore inferiorum
non recedit primo ad divi-
ne illuminationis participa-
tionem revocat inferiores or-
dines et reducit. Dicitur eti-
am docere activum et exem-
plificativum; quia non solum
incendit inferiores ad aman-
dum; verum etiam formam et ex-
emplum prebet inferioribus.
qualiter summum bonum sit
super omnia diligendum et qua-
liter sit per amorem recur-
rendum in deum. et secundum ipsius
beneplacitum incedendum. ideo eti-
am dicitur quod amor eorum sit
calefactivus et resuscitativus in simi-
lem caliditatem quia ad hoc
laborant ut inferiores. et si non
equaliter tamen indifferenter
ardeant et fervescant. nec hoc
dicit quasi inferiores angeli
fuerint frigidi vel mortui: sed